CC BY NC SA

grassator, oris. *subs. m.* **grassatrix, icis.** *f.* **FORMA** crassator CATO Mor 2. GLOSS 5.186.11. **ETYM** grassari. [**FREQ** humilis **33** [indicia] **2** [/d.c.m.] 234-149 CATO] *uocabulum scriptis litterariis narrando exponendo argumentando aptum; omnibus usibus, praecipue doctis, magis prosa quam uersu; et technicis apparet sine sensu proprio; indeab initiis inuenitur, at magis ec. usitatur.*

VARIATIO		indicia	p[/d.c.m. subc.]
OPERUM	argumentalis	8	1,1
	narratiua	19	3,9
	satirica	1	5,2
	exponens	5	1,7
DIACHRONICA	III-II aec.	1	2,5
	I aec.	1	0,36
	I-II ec.	14	3,6
	III-V ec.	17	1,8
DIAPHASICA	docta	19	9,1
	media	12	0,87
	quotidiana	2	3,5
DIASTRATICA	litteraria	28	2
	technica	5	1,8
MODUS	prosa	30	2
	uersu	3	1,5

¶ **a** (*a* grassari *'proficere', malitiose et sollerter uso) hominem qui apud alios uel in foro proficiebat, male scilicet et simulate, designauit • designó la persona que se abre paso en la sociedad o en la política con malas artes o hipocresía,* coloquial *trepa* [**REL** →callidus[a]] 234-149 CATO Mor 2. uestiri in foro honeste mos erat, domi quod satis erat. equos carius quam coquos emebant. poeticae artis honos non erat. siquis in ea re studebat aut sese ad conuiuia adplicabat, grassator uocabatur.

b *ad furem uel latronem pertinebat qui per agros uagabat uictum et fortunam quaerens • estaba relacionado con el bandido que se desplaza por los campos buscándose la vida de manera deshonesta, merodeador, cazafortunas, bandido o bandolero* [**HYPER** fur **SIM** →latro[b] **DOM** *milites per se ipsos interdum agebant* planus; *maxime nocturnus* aduesperare, nocturnus] 44 CIC Fat 34. Hoc enim modo uiator quoque bene uestitus causa grassatori fuisse dicetur, cur ab eo spoliaretur. 121 SUET Aug 32.1. Quibus diebus custodes in urbe disposuit, ne raritate remanentium grassatoribus obnoxia esset. 32.1. Nam et grassatorum plurimi palam se ferebant succincti ferro, quasi tuendi sui causa, et rapti per agros uiatores sine discrimine liberi seruique ergastulis possessorum supprimebantur. 390 AMM 29.9.6. unum grassatorum cuneum, si patuisset facultas, adoriri conatus. 🕮 CARM Epigr 1178.33. grassatores, sola est quibus orbita nummi. DIG 48.19.28.10. grassatores ... proximi latronibus habentur. **GLOSS** 2.35.39. λωποδύτης 'ladrón de ropas'. 2.581.47. mortuos exspolians. 4.598.35. latro, praedator, uastator, qui crudeliter saeuit, inpugnat uel impetum festinationis aliquid male committit, quasi a gradiendo. 4.587.21. inuasor, ... praedator. 4.83.41. homicida. 5.186.11. crassator depraedator. 5.206.3. depraedator.

cateruas interdum componentes • a veces, formando bandass 390 AMM 29.9.6. 🕮 DIG 48.19.28.10. Grassatores, qui praedae causa id faciunt, proximi latronibus habentur. et si cum ferro adgredi et spoliare instituerunt, capite puniuntur, utique si saepius atque in itineribus hoc admiserunt: ceteri in metallum dantur uel in insulas relegantur. 19.5.20.1 Item apud melam quaeritur, si mulas tibi dedero ut experiaris et, si placuissent, emeres, si displicuissent, ut in dies singulos aliquid praestares, deinde mulae a grassatoribus fuerint ablatae intra dies experimenti, quid esset praestandum, utrum pretium et merces an merces tantum.

in fine Antiquitatis id, imperiali auctoritate deficiente, latrociniis ingrauescentibus, in maius iit; et quidem planus *et* grassator *Romanis idem erant, uterque scilicet latro erat • al final de la Antigüedad, esta tendencia se acentuó, sin duda por la falta de control imperial y la consiguiente inseguridad en los caminos y despoblados; entender* grassator *como vagabundo no hace al caso, pues la diferencia entre el vagabundo y el bandido no parece existir en la conciencia antigua: el vabagundo, por serlo, es también ladrón.*

c *+ gen. is qui annihilat • destructor o aniquilador de* [**REL** →tabidus[c]] 100-200 PS QUINT Decl 12.2.3. at ego, etiamsi talis ultio contigisset, si me a nefario grassatore rei publicae non lingua sed dentibus uindicassem, nihil tamen irae, nihil uindictae praestiteram.